

IOANNIS

ANTONII MODESTI

ORATIO AD CA

ROLVN CAE

SAREM CON

TRA MAR

TINVM

LVTE/

RVM



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CRÉDITOS SALAMANCA

IOANNIS ANTONII MODESTI
ORATIO AD CAROLVM
CAESAREM CONTRA
MARTINVM LV.
TERM.



Vum mihi hodierno die de re omni
um ppemodum maxima dicendum
esse uiderem, & qua nulla magis ad
imortalis Dei religionem inter ho-
mines retinendam pertinere existi-
matur, non committendum duxi ut
alio in loco, q̄ in tuo conspectu Cæsar uerba facerem
Nam quum Christiana pietas improborum hoīum
furore in maximum discrimen uocet, qua sublata om-
nis ad bene, sancteq̄ uiuendum rō e mortaliū coetu pe-
nitus auferet, hic mihi potissimū locus ad dicendum fuit
eligendus, ubi iucundissimo conspectu tuo recrearer,
atq̄ ita recrearer, ut mihi certo persuaderem, ut per sin-
gularem uirtutem tuam, Fidem, Sapientiam, Prudē-
tiam pestis omnis, qua Christiana ueritas per hoīes
perditissimos uexatur, atq̄ labefactatur, possit facile se-
dari. Et quia coram te quasi in cōmuni terrarum orbis
Concilio pertractantur omnia, quæ nō solum ad pa-
cem, aut belli rationem ptinent, Sed etiam ad religio-
nem non tantum incolumem seruandam, uerum etiā
amplificandam, non sum ueritus ne mentem tuā, atq̄
aīum aut pacis, aut belli negocia a mea oratione auo-

A ii



carēt, quum de ipsa religione differerem, cuius tu pro tua singulari & cōmemorabili in Deum pietate maiorem rationem semper habendam censuisti: q̄ cæterarum omnium rerum. Quumq; mecum reputo quāta sis sanctitate, quanta uitæ castimonia, quanto in p̄uidendo consilio, quanta in agendo prudentia, rem uideo nullam, quæ possit animum meum dubium facere, quin mihi sis attentissime aures tuas hodie accōmodaturus, duz quibus procellis: atq; tempestatibus per improbos homines Christiana religio agitur, breuiter ostendam, præsertim quum secundum Ro. Pont. tibi uni ea incumbat cura, ut quicquid hanc uexare, p̄turbare, ac deformare uideatur, tua unius sapientia, fortitudine, Cōsilio, authoritate, seueritate eradicetur: atq; exterminetur. Martinus quidam Luterus: homo ut eius uitæ institutum potest demonstrare: non in Germania, sed in media Boemia natus, atq; educatus: impietatem sibi innatam non contentus est intra animum suum tenacissime seruare, sed iniquo animo ferens homo cōmunis mortalium omnium hostis ullam reperiri regionem saniozem Boemia, labem illam: ac pestez in Germāia quoq; passim coepit disseminare. Hic quū a natura sibi bonam uocem datam intelligat: mentem uero: bone Deus, q̄ uariam, q̄ perfidiosam, q̄ impurā, q̄ perturbandi omnia cupidam, hanc in declamando exercet, & quo impunius dicat, se pro religione contra superstitionem dicere: se uerum Dei cultum: quem nostri oēs maiores ignorauerint: tanq̄ ipse e coelo hunc percæperit: non autem e Boemia hauserit, ostensurum

mortalibus profitetur, hic q; bonis artibus sibi comparandæ gloriæ ereptam facultatem uidit, ad malas artes animum adiecit. ut ille olim, quem tradunt historici, nobilissimum: atq; locupletissimum in terrarum orbe Dianæ templum combussisse, ut apud posteros imortale nomen suū relinqueret. At q̄ sanctā hic prauitatis doctor ambitione occæcatus: q̄ seuerā: q̄ tetricam disciplinam impitam multitudinem edoceat, operæpretius est audire. Conatur in primis Romani Pontificis nomen inuidiosum omnibus facere, quod post hominū memoriam scimus populis, nationibus, cunctis principibus sanctum: ac uenerabile semper extitisse. Audet nullius pudoris homo impugnare caput pietatis. Tentat impudentissimum hoc monstrum diuinam Pontificis auctoritatem labefactare, qua sublata humanarum rerum perturbatio, atq; confusio sequatur necesse est. Vult hæc pestifera fera omnia illa: quæ tot sæcula, antiquitas omnis, quæ Italia, quæ Gallia, quæ Hispania, quæ Germania, quæ Europa tota semper constantissime: atq; religiosissime tenuerunt: euertere. Nititur homo amentissimus: salutisq; omnium inimicissimus a uera pietate credulæ multitudinis animos auocare. Quid? q; & omnis reuerentiæ oblitus non aduertit: sedum id agit: non mediocre etiam ignominia notam tuæ Cæsar amplitudini inurere. Nam qui Pontifici aduersatur, Cæsari quoq; aduersatur: cuius primæ sunt partes, non solum Pontificem uenerari & colere: sed cæteris, quid de huius potestate sit sentiendū: præscribere. Atq; huius tam nefandæ opinionis uestigiis



iam multas ciuitates, multos populos Germaniæ tuæ
impressit, iamq; innumeri sunt huius amētiæ comites;
ac discipuli, qui nulla mercede ab eo nihil boni sapere
didicerunt, & a stulto magistro magis infatuati ad dis-
perditionem religionis uenire conantur. Afferunt quo-
tidie ex Germania Romam literæ, hanc pestem, in di-
es latius serpere, & quadam ueluti contagione multo-
rum animos cōmaculari, & rem eo discriminis iam ad-
ductam esse, ut nō mediocriter sit uerendum, ne popu-
li illi a uera religione: & Dei cultu desciscāt, oēs bonos:
q̄tum in ipsis est: seditiosum hunc hoīem, & tranquil-
litatis pturbatorem cupere sublatum, multis tñ deesse
occasionem, nōnullis aīum, nōnullis consilium/uolū-
tatem uero nemini, hunc hoīem (si tñ hic inter hoīes
est reponendus) complures & præponentes q̄dem uir-
ros, sed opinione, non uoluntate forsitan lapsos: ferre
in oculis, hancq; ueluti uiperam uenenatam, ac pesti-
feram in delitiis, atq; sinu fouere, cæteram multitudi-
nem, cuius est proprium nihil sapere, huius orationē,
qua multos uidet iam persuasos, temere sequi, omnes.
Summi Pontificis opem ad hoc tñ inualescens malū
opprimendum expectare. Sed huius autoritatē apud
illius gregales minimi esse ponderis, nam ita solet usu
uenire, ut qui semel recti lineam fuerint trāsgressi, nul-
lum unq; peccandi modum faciāt. Vix dici posset quo-
ties hunc Pontifex summa cum humanitate, atq; cle-
mentia admonuerit, desineret qñq; insanire, & illorū
exitus, quorum facta imitatur perhorresceret. Sed ef-
frenatum hoīem, & perturbare oīa cupientem de sen-

tentia nullæ admonitiones, nullæ exhortatiōes, nulla
exempla mouere potuerunt. Quapropter iam in te
unum Cæsar mentes, atq; animi oīum sunt uersi, &
huic exulcerato morbo abs te uno tñ posse medici-
nam fieri arbitrantur, miranturq; q̄ quum te unum
maxime deceat Pontificiam dignitatem more maiorū,
atq; instituto oī studio, diligentia, opibus, copiis tueri,
ac defendere, & inuiolatam ab oībus conseruare, tam
diu rabidam illam ferā in tua Germania debacchantē,
tum nefarium bellum delubris, templis, atq; adeo im-
mortali Deo inferentem, nō eieceris, nō euerteris, non
oppresseris. Causa quæ sit Cæsar, audiuiſti, nunc qd
agi oporteat considera. Primum mihi dicendum uidet
de huiusce mali turpitudine, atq; idignitate, tum de pe-
riculo, ac magnitudine, deinceps demonstrandum tibi
uni ad hoc extinguendum incendium debere curam,
atq; onus incūbere. Oēs mortales una mēte cōsentiūt
Romanū Pontificem summæ autoritatis apud Chri-
stianos oēs esse debere, & id quidem iure optimo, nā
nisi in religione caput unū haberemus, quo quicquid
pertinet ad diuinum cultum, qui unus inter mortales
debet esse referatur, fieret legum, morū, religionum, ce-
rimoniarūq; oīum dissolutio, tunc. n. oēs, qui nunc
de religione una uoce, & aīo cōsentiūt, in diuersas par-
tes abirent, dum impune unicuiq; pro suo arbitrio no-
uas superstitiones importare, & ueteres licenter labe-
factare liceret. Atq; ita iam hæc opinio in aīs hominū
insedit, atq; inueterauit Pontificem Romanum caput
esse religionis, ut ab ea dissentire summum scelus, ac



utique
pag
si hōm origē
nefas existimetur. Accedit etiam: q̄ antiquæ consuetu-
dines, & multorū annorum spacio confirmatæ: & in
hominum pectoribus inherentes non solum proban-
dæ sunt q̄ non temere est recedendum a maiorum no-
strorum sententiis, atq̄ institutis, sed q̄ maxima est ha-
benda ratio pacis, atq̄ ocii. Non enim hæ possunt mu-
tari, quin humanæ quoq̄ res pariter misceantur, atq̄
perturbentur. Sed si huius consuetudinis initium altius
repetere uoluerimus, cognoscemus hanc nō ex hoīum
ritu, nō legibus, nō opinionibus natā, uerū ab immor-
talis Dei iussu: & præceptis originem traxisse. Hic enim
quum elapsus de cœlo cætus hominum adiuisset, uer-
saretur in terris, cum hominibus colloqueretur, sibiq̄
ad æternum patrem, unde uenerat, redeundum intelli-
geret, non cōmisit diuina illa sapientia ut discipuli sui re-
ctore, & principe carerent, proinde Petro principatum
& diuinarum rerum omnium potestatem ultro obtulit
a quo deinceps ueluti quodam perenni fonte tota illa,
quā ipse a Deo accepat, facultas in suos successores deri-
uauit. Hocq̄ humanæ gentes omnes receperunt, & ita
pro certo ad nostram usq̄ ætatem tenuerunt: ut qui ab
hac opinione dissenserint, se maximo impietatis scelere
alligasse fuerint crediti. Nullus in terrarum orbe prin-
cipū, nullus regum, nullus Imperatorū unq̄ extitit, si
modo se in christianorum numero reponi uoluerit, qui
diuinam hanc potestatem non fuerit in Petri successorū
bus summopere semper ueneratus, & omni reuerētia,
atq̄ obseruantia prosequutus. Longū esset cōmemora-
re quot grauissima bella multi principes susceperunt, ut
hanc ueritatem

hanc ueritatem tuerentur, & inuiolatam apud omnes
conseruandam esse demonstrarent. Quid de Cōstan-
tino dicam: nōne hic manifestissime diuinam hanc po-
testatem Petro olim a Christo cōcessam in Syluestre
uisus est comprobasse, imo ēt coluisse: quum ei: atq̄
eius successoribus aureum Diadema gēmis distinctū:
tum Mitram Phrygiam, & candidam gestandam cō-
cesserit: totq̄ religiosissima templa a se Christo erecta
locupletissimis donariis honestauerit, tanq̄ diligenter
in Nicena Synodo tot impiorum sectas Christianæ
ueritati aduersantes, & per multorum aīos iam perua-
dentes, non solum sedandas, sed radicitus extirpandas
curauerit: Nōne hanc eandem uisus est in Innocentio
Theodosius agnouisse: quo annuente Sanctissimus
ille Pontifex Cataphrygarū impietatem ab Vrbe de-
pulsit: Nōne diuinam hanc maiestatem in Leone Thu-
sco ueneratus est etiam Attila ille, quam pestem licet
ad hominum internecionem: ad euertendas Vrbes, ad
aris: templisq̄ nefarium bellum inferēdum uisa est na-
tura produxisse: hic tñ sanguine: & cædemadens: quū
religiosissimum illum Pontificem conspexisset: percul-
sus mente: atq̄ animo tñ illum furorem: quo percitus
se Dei flagellum appellabat: repente deposuit: & Pon-
tificis monitis obtemperans confestim exercitum inde
in Pannonias abduxit. Quid aliud credimus īmanis-
simum illum regem tot nobilissimarū Urbium stragi-
bus elatum: tot populorū sanguine perfluentem tam
repente cōmutasse: nisi diuinitatem illam: quā in opti-
mo Antistite magis secum cum aīo suo tacitus admi-

B

Constantin.

Syluestre

Inno.

Cataphrygæ
Leo thys

de flagell.

diuinitas



fabat: q̄ oculis cōspiciebat? Quid in Agapetō timuit Iustinianus: ut quum prius Eutichianam opinionem enixissime tueretur: continuo Orthodoxam fidem fuerit amplexatus: audito optimi Pontificis conuicio: nēpe ingens illa: & admirabilis tantæ potestatis uis: quaz Christus successoribus condonauerat suis: Principem secum maiestatem illam cogitantem mirum in modū perterrefecit: Hinc quoq̄ tātos aīos: ac spiritus Gregorium sumpsisse crediderim: ut Mauritio Principi: ne ad militiæ onera cogeret clericos: audacter resisteret: & cōstantinopolitano Patriarchæ: ne Christianæ religiōis Principatum sibi usurparet/ sese fortiter opponeret: hæc sanctissimo illi uiro faciebat aīos: hæc aduersariis terrorem: & uerecundiam: ne temere despiciatam ueritatē haberent: incutiebat. Quid cæteros cōmemoro Impatores siue Gallos: siue Germanos: quorū est legere neminem: qui non Romanū. Pont. ueluti unicum Christianæ religionis Principem: & caput non fuerit semp maiorem in modum ueneratus. Quid si quispiam tot annorū sæculis uel regū copiis fretus: uel furiis q̄busdam agitatus est repertus: q̄ hanc potestatem: uel oppugnauerit: uel nō agnouerit: hunc suæ demētix: ac stultitiæ: imo impietatis meritas poenas dedisse cōperimus. Adde q̄ uniuersæ terrarū orbis natiōes: populi: gentes: ne minimum quidem ab hac opinione unq̄ recesserunt: Italia: Gallia: Hispania: Britannia cum toto Oceano: Germania: q̄ lata est: Sarmatia: Pannonia: Græcia ip̄a quæ se Latinis inferiorem esse dedignabatur oriens totus Christi imaginem: atq̄ facultatē in Romano Pō.

tificæ coluerunt: Neq; sibi hæc religio tā diu cōstitisset: quin aliqua sæuiente tempestate: atq; procella in uarias partes discissa contabuisset: atq; concidisset: nisi unius Principis sapientia: atq; institutis corroborata extitisset: nec in hanc: quam uidemus: amplitudinem nisi unius firmata autoritate: & stabilita consiliis unq̃ adoleuisset. Et hoc est uerum Christianum dogma omnium Regum: Imperatorum: gentium conspiranti consensu & quasi conflato comprobatum: ut Petri successor Christi maiestatem: atq; potestatem credatur mortalibus repræsentare. Non nulli tamen hoc ausi sunt qñq; inficiari. & cæteris persuadere tentarunt: Sed illi maxima Dei p̃uidencia poenarū plusq̃ optaret quispiā dederūt. Veritas. n. licet multis incōmodis sæpenumero debilitetur: æterni tñ numinis sapientia: bonorūq; uiroꝝ: & prudentium æquitate recreatur. Quum igit oēs sub Pontificis iure: atq; Imperio debeāt esse Christiani: unus Martinus Luterus hoc audet nostra tempestate denegare: ut solus iter tot doctissimorū: ac optimorū hoīum millia sapere uideatur: aut ut alicuius inauditi facinoris autor factus famam sibi comparet. Si solus sapit: dicamus quotquot homines ab hinc supra mille annos fuerūt: nihil literarum: nihil ingenii: nihil mentis habuisse: & tot præstantissimos uiros: q̃ nunc uiuunt: nihil iudicii: nihil disciplinarū: nullam eruditionem: nullam antiquitatis cognitiōem tenere. Sed hoc nemo mentis cōpos unq̃ dixerit. Martinus igitur Luterus insanit: debacchatur: furiis agitatur. Qd̃ si his artibus gloriam sibi conatur comparare: iam me huius

B ii

hominis miseret: quod uir ista doctrina: isto ingenio: isto
rerum usu ueram ad immortalitatem uiam non uideat.
Nam Religione: Obseruantia: Fide: Iustitia: Pietate:
Constantia: Abstinencia deuenimus in æternitatem:
non aut Ambitione: non Odiis: non Seditionibus: non
Maledicendo: non ea oppugnando: quæ uenerari: ac
tueri summopere debemus. At quorum autoritate ho
mo Fidei: Sanctitatis: Pietatis inimicissimus amentiam
hanc comprobatur: an Ioannis Viclephi: cuius ossa ob
inauditum impietatis genus ex humo eruta fuerunt in
Cõcilio Constantensi mortalium omnium consensu com
busta: ne uidelicet terra: si tam nefarii hominis cadauer
occuleret: uel sterilitatem inde contraheret: uel imanem
aliquam luem in hominum genus effunderet. An Ioannis
& Hieronymi Hussitarum? Quos Sigismundus cla
rissimus ille Imperator: & omnium sæculorum memo
ria dignissimus Sanctissimorum patrum sententiis dam
natos publice combustos uoluit? Quotus quisque repe
riretur: nisi improbissimus: & Dei ira alicui maximo sup
plicio destinatus: qui impietatem hanc iam diu eiectam:
explosam: damnatam inter mortales auderet reuocare?
Mecum profecto reputans quanto se hic flagitio ob
ruerit totus contremisco: cui. non potest esse dubium tantæ
amentia: atque furoris grauissimam pœnam in eius ca
put non cito recasuram? An hic unus impune tanquam hu
mani generis arbiter: & magister consuetudines: ritus
tot gentium: tot populorum: tot Principum autorita
te comprobatos pro nihilo habebit: hunc non crede
mus in supplicia tanta impietate dignissima: quinque de

lapsum: qui Christi uoluntati non obtemperat: qui
tot sanctissimorum Pontificum decreta: tot saluberrimas
leges rogatas audet rescindere: quasi ipse nuper in Deo
rum concilio admissus e coelo ad nos descenderit no
uas rogationes populis impositurus: qui cõisocii: &
tranquillitatis inimicus: & bonorum omnium hostis: non so
lum quietos populorum animos perturbare: sed uniuersæ Chri
stianæ pietati bellum indixisse uideatur. hoc. non est consen
sum: & concordiam humani generis oppugnare: Pon
tificium Senatum: id est cõmune gentium omnium: atque
orbis terrarum Concilium delere conari. Quid pro Di
imortales magis indecorum: imo scelerosum: atque impium
excogitare possumus: quid dicere: quod eam religionem: quæ
iam in omnium animis est penitus insita: turbat: uexat: tollit?
Quid aures hominum magis respuunt: imo phorrescunt?
Accedit: quod temere ad multitudinem de religione loqui
nihil aliud est: nisi hortari ut omnes uelint eam seditiosi: tur
bulenti: ac perniciosi. Quid huic: malum: uenit in me
tem: ut ea solus oppugnet: quæ ceteri omnes approbant?
quæ huius hæc est cogitatio: qui sensus? ut Pontificia
potestatem non probet: quam omnes diligunt: & cõstan
tissime uenerant: & quo maiorem usum in Christia
na religione habet: eo etiam minus ferendus est: nec tam
miraremur: nec indigne feremus: si huic uerbum aliquod
minus cõsideratum (ut sæpe fit) fortuito excidisset: sed
quum scriptum: & longe prius meditatam: atque cogi
tatum attulerit: quis nisi impius: & Christiani nomi
nis inimicissimus æquo ferret animo? Quod si tot præsta
tissimi uiri: atque Sanctissimi: qui suo sanguine religionem



hanc nostram cōsecrarunt, e coelo paulisper in terras
delaberent, & uiderent quæ turbæ, quæ tragœdiæ ab
uno hoc homūculo excitant, scio pueret pientissimas
aīas, tam leui momēto Christianā fidem pendere, tā
parum spectatam apud multos ueritatē uideri, ut uni
us rabie, & temeritate ita perturbentur multoz aī, ut
ea in dubiū reuocari patiant, de qbus nulla unq apud
maiores nros fuit addubitatio. Sed uos ego Sanctis-
simi Diui Petri manes appello, uos inuoco, uos obtes-
tor, uos ultores in tm̄ scelus imploro, uos huiusce fu-
roris uīdices adeste, si ur̄a ope, si uestro rogatu Chri-
stiana religio in Vrbe terraz Principe ex nihilo ita coa-
luit: ut ad oēm impetum, atq pcellaz inconcussa semp
constiterit, & inde in gentes oēs ita effusa, atq propa-
gata emanauerit, ut idem huic finis uideatur futurus,
qui & terraz orbi, si uestro ductu oēs: qui ab hac dis-
senferunt, acerbissimas poenas suoz facinorum dede-
runt, si potentissimi Reges: qui quempiam successorū
uestroz, uel uerbo, uel re uiolarunt, uestro numine in
maximas calamitates inciderunt, si a templo, qd au-
gustissimum uobis in uaticano erexit Constantinus,
tempestatem oēm semper propulsastis, nunc portentū
hoc, & monstrum: qd uobis nefandissimum bellum
indicit: qd uestri successoris amplitudine spurcissimis
lacerat conuitiis, mactate oī supplicioz genere, ut hu-
ius atrocissimi cruciatus exemplo deterriti alii nō aude-
ant posthac a religione desciscere. Vos nostroz paren-
tum memoria etiā in Germania Ioānem: & Hierony-
mum uiros oī impietate obrutos crudelissimo mortis

713
genere mactastis, & nunc ut uestre diuinæ potestatis
apud multitudinem renouetur memoria: Martinū fidei
oīs: Sanctitatis: pietatisq hostem afficite nouo aliquo
cruciatus genere: quo exemplum huiusce supplicii con-
spectius ad posteros deueniat, intelligantq mortales
uestrum numen: auctoritatem uestram: quam successo-
ribus uestris donastis: sanctam, atq inuiolatam esse de-
bere. Quantum aut hoc sit facinus quod nunc agit
Cæsar ex hac re uel maxime pōt intelligi, q maiores
nostri, qui cōsilio, & sapientia plurimum potuisse cre-
dunt, in hoc hoīum genus singulares poenas: atq cru-
ciatus inuenerunt, ut si pietate, & religione nō possent
mortales in officio retineri, magnitudine saltem, atq
atrocitate supplicii retinerent. Quāto. n. maius est cri-
men: conari religionem labefactare, tanto etiā atrocius
supplicium excogitarunt in hos: qui se tanti sceleris ma-
gnitudine astrinxerunt. Etenim hoc hoīum genus nō
securi feriendum: non laqueo suspendendum: non uir-
gis cædendum: non culeo insuendum censuerunt, sed
igne conficiendum: & in uentos eoz cineres proicien-
dos. O admirabilez nostroz maiorum prudentiam, q
hos hoīes penitus ex rez natura delendos iudicarūt,
qui religionem: qua oīs uitæ ratio continetur, tollendā
esse crediderunt, horum cadauera non in flumina abi-
ciebant: ne tanti sceleris contagione elemētum quoq
illud mortalibus utilissimum uiolaretur, non in aere
suspensa putrescere pmiserunt: ne uitalis aura tanto im-
pietatis flagitio infecta impurior ad præstandam ani-
mantibus uitam redderetur nō feris deuoranda uolue-



runt: ne tam polluti corporis contactu: bestiae quoque
immaniores euaderent: non terra cōtegenda, ne illa: si Dei
hostem contextisset: numinis ira sterileceret. Sed dicit
quispiam, cur tādē igni hoc impium genus absumi
decreuerunt: ut puncto tēpore ita illi e medio auferretur:
ut perinde: ac si nunquā nati essent: nullae eorum reliquiae
in hominum oculis uersarent. Nam cadauera: quae hu-
mo contumulantur, tēpore interuallo ita conficiuntur: ut
ossa tē ad posterorum conspectum deueniant: & eorum, qui
olim uixerunt, memoriam non sine misericordia, ac la-
chrymis representent. Quae in aquas proiciuntur: flu-
tibus continenti saepenumero reddita multorum mor-
uent aīos ad miserandum humanae sortis recordatiōe:
& sepulturae tradita diutissime durant. Quae insepulta
aere putrescunt, aut a feris dilaniant, & ipsa nescio quo
modo diuturnam apud posteros sui memoriam relin-
quunt. At quae igni absumuntur: tēpore momento e na-
tura euanescent: horum nemo potest reliquias demon-
strare: nemo sepulturam ostendere: nemo conspectis
ossibus misereri, nemo in memoriam illorum redire. Ut
igitur hi perniciosissimi: & naturae inimicissimi homi-
nes neminem etiam mortui ad sui memoriam excitent:
nihil ad posteros sui transmittant: sed perinde sint: ac
si nunquā fuerint, hoc supplicio afficiuntur: quo nulla eo-
rum in terris uestigia demonstrantur. Accedit quod nulli
lo alio elemento humanae sordes, neque citius, neque me-
lius: quam igni expurgantur. Terra namque ad polluta: atque
inquinata eluenda iners: pigraque habetur. Quicquid
etiam uel aeri expanditur: uel aqua proluitur: sero ac
difficulter

difficulter mundatur: & pristino candori restituitur.
At quod igni fuerit mandatum: id dicto citius expur-
gatum: & nulla labe infectum oculis omnium obicitur.
Iccirco maiores nostri uiri nunquā satis laudati hoc ne-
farium hominum genus: quo tota uita cōmaculatur, igne
multari uoluerunt: ut statim expiata natura nulla no-
ta tam fœdæ: tam nefandæ: tam Deo: hominibusque exosa
maculae in ipsa uita remaneret. Sed iam Cæsar quo-
modo in hos religionis perturbatores nos esse oporteat:
considerato. Athenienses uiri prudentissimi Socratem
Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum ueneno
sublatum esse uoluerunt: quod de illa, quae tunc optima in
terris credebatur: religione male sentire existimabatur:
iidem Aristotelem talem Philosophum ob eandem
causam solum uertisse haud iniquo animo tulerunt: æquiusque
sibi duxerunt omnes potius Philosophia, atque magnarum
rerum cognitione carendum: quam Deorum ceremonias per-
turbari. Anaxagoram quoque: quod solem candentem lami-
nam: ac penitus ignitam esse dixisset, pecunia, exilioque
multarunt, tam nefarium atque impium facinus eum au-
sum arbitrati: quod tam temere de coelestibus quicquam as-
seruisset. Nec minor etiam fuit in conseruanda religione
Romano populo cura. licet assiduis bellorum tempe-
statibus agitato. Hic. n. Numae Pompilius libros sub la-
niculo ab agricultoribus repertos in comitio per uicti-
marios comburendos curauit: quod nonnulla: quae ad sol-
uendam religionem pertinebant, continere existimaba-
tur. Tarquinius quoque Rex. M. Tullium Duum uix
insutum culeo in mare proici iussit, quod librum ciuium

C



Laced.
libri m. m. l. m.
q. d. a. f. r. m. m. p.
sacrorum arcana continentem exscribendum Petronio Sabino tradidisset. Ferunt etiā Lacedæmonios ita uoluisse religionem undiq; in sua ciuitate munitam esse: ut Archilochi libros: q; parum religiose scripti uiderentur, ex Vrbe iusserint exportari, adeo gentes omnes ac nationes inuiolatam esse religionem semper uoluerunt. Q; d; si Græci, Romaniq; Sapientissimi uiri eminentissimos Philosophos, præclarissimosq; ciues, uel morte, uel exilio damnauerunt: quia falsas illas superstitiones uerbo tm̄ uiolarūt: nos Christiani quo feremus aio Martinum nostræ religioni detrahentem, imo hanc labefactare conantem: quā nobis nō mortalium decreta, non hoīum leges imposuerunt, sed ipsemet Deus, quum iter nos uersaretur, quasi hæreditariam reliq; illi, q; aberrantem multitudinem ad ueritatem reuocare nitebantur, & uulgum ab impietate auocare contēdebant, acerbissimas poenas luerunt. Martinus: q; audet assumulata pietatis specie pietatem oēm, atq; religionem ex hoīum pectoribus exturbare, qui petulantissima uerborū imoderatione effertur in Sacrosanctā Pōtificis p̄tatem, qui uult ciuiliis belli, imo intestini cām Christiano nomini afferre, p̄nitiosas leges rogare, noua dogmata, & ea qdem mortalium omnium consensu iamdudum oblitterata, obsoleta, atq; dānata reuocare, qui suam a Romano Pontifice alienationem apud rex imperitos sibi gloriæ futurā arbitratur, qui iam eo puenit, quo extrema hoīs audacia pōt peruenire, q; ut poenas, & supplicia: quibus se dignissimum cognoscit: possit effugere, nihil facit reliqui, quin statū orbis ter

76
re, sedem, ac domicilium omnium gētium, lumen nationum pturbet, quid dico pturbet? imo euertat, & ad incensionem, uastitatem, atq; internecionem reducat, qui ad sanitatem nō hoīum, nec Dei timore potest conuerti, hic inq; non exterminabitur, non ex hoīum numero eiicietur, non a congressu oīum arcebitur: sed in oculis feretur, in sinu fouebitur, in delitiis habebit; quum non modo ex numero uiuorum esset exturbandus, uerum infra etiam mortuos mandandus. Sed uideamus ne, ut maioribus nostris pulcherrimum fuit tātā Christianæ religionis gloriā nulla labe inq; tam reliquisse, Sic nobis turpissimum sit illam, quam accæperimus, tueri, & conseruare non potuisse, & p̄ in diligentiam nostram improborū maledictis dilaceratā posteris tradidisse. Quapropter inualescēti audaciæ resistendum est Cæsar, præsertim quum non magis Pontificem uiolet, q; te ipsum: quem decet oī studio, armis, copiis Pontificiam dignitatem tueri, atq; conseruare. Adhibenda est igitur uis huic tantæ temeritati, minæ iactandæ, pericula intendenda, formidines opponendæ, ut saltem his rebus aliquando uictus, & perterrefactus ab hoc furore desistat.

Quia huiusce rei tantam esse indignitatem iam demōstrauimus: ut nemo possit reperiri, q; huic turpissimæ causæ, atq; impientissimæ, tum diis, hominibusq; inimicissimæ faueat, quin pari scelere se quoq; cōmaculas; se uideatur, restat ut ostendamus q; atrox incendium, q; turpē foedamq; calamitatem, q; tetram labem, ac maculam sit christiano nomini hæc pestis aspersura. Situ



es
Cæsar intolerabilem hanc Martini petulantiam iam satis diuturna impunitate munitam liberius euagari permiseris. Prius tñ, q̄ de tanti mali piculo uerba faciam, illud unum apud aĩum tuum Cæsar testatũ relinqũ, me nec profiteri, nec præ me ferre ullum odiũ in Martinum hunc: nec ullis hoĩs ornamentis aduersari: aut dignitati repugnare, & quicquid in hac cā laboris suscepi, id omne ueritatis cā suscepisse, tñq̄ abesse ut hinc aliquam bonam gratiam mihi quæserim, q̄ nō nullos et simulates mihi minime necessarias suscepim. Sed me hoc ingenio natum nō moleste fero, ut ueritatis cām, & Christianæ reip. dignitatem meis oĩbus cōmodis, & rōnibus præferendam esse duxerim: Et quia uideo scelus hoc importunum: stultitiam hāc tam inanem: inauditum hoc malum: si neglectum: atq̄ impunitum relinquatur, erupturum ad multos perniciem, atq̄ calamitatem, non potui adduci: qm̄ me quoq̄ ut multi alii & clarissimi quidem uiri huic malo opponerem. Scio tñ hunc effrenato: & præcipiti furore hoĩem nullis tam grauib. uerbis posse a me uulnerari: quin grauioribus adhuc esset cōficiendus, atq̄ trucidandus. Sed me profecto tam ambitiosi hoĩs miseret, ac pudet, quippe qui sua frustratus opinione, q̄ neminem sibi contradicendum crediderit, non attendit se sua dicacitate tot doctissimos, atq̄ optimos uiros excitasse, qui si ad hanc cām neruos: & industriam attulerint, facile excutient sibi tantam hanc uerborũ iactationem, atq̄ petulantiam. Vereor ego ne me in hac re iustissimus dolor: & iracundia longius efferat, q̄ pruden

77
tis hoĩs cogitata ratio postulet, uerumtñ q̄tum potero conabor ut nihil a me dicatur impotenti aĩo: nihil irato: nihil nisi consideratum, & multo ante meditatũ. Tanta tñ est huius rei indignitas: ut nulla tam atrox oratio, nulla tam incitata, atq̄ inflāmata dicendi ratio posset hoc tñ scelus exæquare, & dignis consauciare conuitiis. Audet nullius mentis homo Pontificiam dignitatem oppugnare: & suo ductu funesto oppressam eam: atq̄ extinctam præferre: nec uidet quid incendii cum his furiis, atq̄ prodigiis, q̄ inexpiabiles inimicitias inter Christianos hoĩes possit excitare. Quid? q̄ quicquid hic facit: non alicuius id hoĩs odio facit: sed religionis odio: pacis, ac tranquillitatis odio: humani generis odio: humanas res puerendi gratia: ut Eryn- nis quædam: quam poetæ fingunt ad oĩa confundenda: ac uexāda ab inferis in lucem prodire. Verūtamen in huius uitam: atq̄ in mores nihil contumeliæ dicaz, sed libere tñ dicam de cōmuni utilitate seruanda, de religione: quam nos a nostris maioribus per manus accepimus custodienda. Est profecto quibusdam in rebus conuiendum: in maximis uero: hoc est ubi religio imortalis Dei: populorũ tranquillitas agitur: ferendum non puto. Sed tua forsitan Cæsar in me attente audiendo benignitas longius: q̄ par erat: prouexit orationem meam: sed hoc quicquid fuit incōmodi cōpensabitur breuitate orationis eius: quæ ad periculi ipsius magnitudinem ostendendam pertinet. Ut aut hoc planius cognoscatur: ex quibus fontibus huius tantæ impietatis origo emanauerit: q̄q̄ foedas tēpestates passim



excitauerit declarandum uidetur. Fuit olim in Britan-
 nia Ioānes quidam Viclephus cognomento uir inge-
 nio malo: prauoq; quippe qui lraꝝ cognitione nō ad
 mentem excolendam: Sed ad rudius hoīum: ac popu-
 larium aīos decipiendos abuteretur. Hic ut suæ impie-
 tatis testem faceret posteritatem: & qd' uiuus p timo-
 rem nō fecerat: ut Christianā religionem purā adhuc:
 & imaculatam inquinaret: mortuus saltem assequeret:
 uirus illud suum pestiferū: tetrumq; uenenuz: qd' in pe-
 ctore diu abstrusum cōtinuerat: lraꝝ monumētis mā-
 dauit. Nemo tñ tam impius: & tam Christiani nomi-
 nis hostis inueniebatur: qui libellos illos plenos scele-
 ris: plenos impietatis auderet e tenebris in lucem pfer-
 re: non. n. adhuc tanta Dei: ac diuinarum reꝝ negligē-
 tia: quæ nunc tenet sæculum in hoīum mentes irres-
 pserat. His igitur spurcissimus homo: & ab omni reli-
 gione alienissimus demandauerat: quicquid ingenium
 oībus flagitioꝝ: ac uitiorum maculis notatissimū ad
 soluendam religionem potuerat excogitare. Hæc autē
 erat Viclephiana illa doctrina: quæ paucissimorū ma-
 nibus pertractabatur: quæ apud nōnullos in arcanis
 ueluti Sybillini libri apud Romanos habebatur: quā
 admirabantur ii: quorū aīus Christianorū dogma auer-
 sabatur. Romanū Pontificem nō maioris esse digni-
 tatis: aut potestatis: q̄ cæteri Epī. Sacerdotes nō digni-
 tatum gradu: sed uitæ dūtaxat sanctitate: ac meritis eē
 distinguendos. Crediderim ego nouum illum legisla-
 torem æquabilitatem hanc a Stoicis esse mutuatum:
 Addebat & illa. Hoīum aīas, quum e corporibus emi-

grauerint: uel statim in cælum ad æternā beatitudinē
 euolare: uel ad inferos nunq̄ inde exituras in perpetua
 supplicia descendere, nullum esse tertium locum: uiuos
 neq; sacrificiis: neq; exeqis: neq; re ulla alia posse mor-
 tuis prodesse: quicquid aut passim fit: id totum p sum-
 mam auaritiā fuisse a Sacerdotibus ad pecuniā ex-
 credulæ multitudinis manibus extorquendam excogi-
 tatum. Dei, diuorumq; oīum simulacra, atq; imagines
 oībus ex locis delenda: atq; euertenda. Augustinianā:
 Minoritanāq; sectā, & cæteros religiosorū hoīum cæ-
 tus a malo Dæmone inuentos. idem prauitatis magi-
 ster confessionem tollebat. Cymiterioꝝ usum impro-
 babat: nō referre quacunq; humo conderentur corpo-
 ra censebat: nulla templa: nulla delubra, nulla sacella
 Deo erigenda: cuius templum sit late patens mundus
 ipse. Sacerdotes quocunq; tpe: & loco posse Dñicum
 corpus conficere. Nullis diebus: præter Dñicos ab ope-
 re cessandum. Festos dies ueluti inanes penitus abo-
 lendos. Baptismum ex fluuiali aqua cōficiendum. Vn-
 ctionem illam extremā: tanq̄ ridiculam tollendam.
 Ieiunia nullius esse meriti. Audiuiſti Cæsar impietatis
 magistri doctrinam nō solum Christianæ religioni ad-
 uersantem, sed æquitateꝝ oēm, Iustitiam, Fidem, Cha-
 ritatem: Tranquillitatem: Humanitatem deniq; oēm
 ex mortalium pectoribus tollentem. Quum in tene-
 bris adhuc sepulta hæc iaceret doctrina: Boemus qui-
 dam uir summo genere natus, non contentus discipli-
 nis: quas patria poterat sua præstare: in Britāniam ad
 excolendum bonis artibus ingenium puenit: quumq;

negat. 3. l. vii.

u. r. m. d.

d. m. g. s.

d. de religio

t. l. t. g. f.

d. om. p. f.

d. de p. p. f.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

d. de p. f. e.

Viclephus

eng

phian doctrina

attf

sacerdotes

viri
de uia

79
nouarum reꝝ cupidus Shedulas oēs euolueret: in Vi-
clephianos libros incidit: nouitate disciplinæ perculsus
hos in precio & in honore habuit: & in patriam ueiu-
ti nouum, admirabileq; scientiæ genus deportauit. Bre-
ui malus magister ingētem discipuloꝝ numerum ad
nouam artem p̄cipiendam sibi compauit. Id. n. semper
solet usu uenire: ut humana ingenia ueteribus institu-
tis noua libentissime præferenda existiment. Ex his:
qui se huic insaniæ addixerunt, unus fuit Ioānes qdā
de loco Hus cognominatus: homo licet humili gene-
re natus: alto tñ Spiritu: & ingenio in Philosophia: cæ-
terisq; disciplinis exercitato: hic publice Viclephiana do-
gmata coepit profiteri: tum argumentis, atq; ratioibus:
quibus poterat: comprobare: atq; inter concionādum
cum admiratione subinde Viclephum apellabat: illuz
dictitans unum oīum mortalium sanctissimum: illum
solum admirabilem: atq; adeo diuinum uirum fuisse: il-
lum e cælo terris datum: qui Christianam pietatē iam
corruptam pristina dignitati restitueret. Hic: tum ꝑ
linguæ uolubilitate: & dicendi arte plurimuz ualebat:
tum quia cōtinētioris erat uitæ: facile q̄cquid uolebat:
multitudini persuadebat. Accesserunt huic perfidiæ Pe-
trus Misnensis: & Iacobellus: qui præceptoris stultitiæ
nouum & ipsi furorem ꝑ se addiderunt: ut Christi cor-
pus seperatim: & sanguis populis exhiberetur. Hæc pe-
stis latius quotidie serpebat: & quadam ueluti cōtagio-
ne oīum animos polluebat: Vincislao Rege nihil mi-
nus id t̄pis curante: q̄ ea: quæ ad uerz Deicultum spe-
ctabant. Huic ob tantam ignauiam turpissima igno-
minia nota

minia nota iniusta ad posteros perdurabit, nulla ætas
tantam hoīs infamiam poterit unq̄ delere: traditus hic
est posteroꝝ memoriæ summæ impietatis turpitudi-
ne notatus. Tum inter Ioannis discipulos extitit Hiero-
nymus cognomēto etiam Hus: qui grauitate: & uitæ
continentia par quidem erat magistro: doctrina uero:
& facundia longe superior, hic quum plurimorum in
se studia admiratione quadam sui conuertisset: mirum
in modum furorem illum in omnium animis non so-
lum confirmauit, uerum etiam mirabiliter auxit. Sed
quum hi ambo in Constantiensi concilio omnium cō-
sensu damnati suæ impietatis pœnas dedissent. tñ sui
in patria desiderium apud oēs cōmouerunt: & tñ inui-
diæ in Romanam Curia excitauit: ut Pragensis po-
pulus ira: & dolore inflāmatuꝝ templa oīa, quibus ni-
hil erat locupletius: nihil magnificētius uilitabatur: ni-
hil speciosius: diripuerint, direpta incenderint: incensa
solo æquauerint: innumeras per totam urbem cædes
patrauerint. lamq; eo malum excreuerat: ut nulla iam
sedari posse medicina uideretur. Tum Sigismundus: q̄
Vincislao fratri iam uita defuncto successerat: ingēti ex
Pannoniis: Germanisq; exercitu comparato ad oppri-
mendam armis tātā pestem profectus turpiter mul-
tis suoꝝ in prælio desideratis est fugatus, sed ꝑcupiēs
acceptæ cladis ignominiam delere: & furorem illū iaz
per totam Boemiam debacchantem restinguere repa-
ratum exercitum in hostem itez duxit, uerum nō mi-
nor: q̄ prius copiaz iactura retrocessit. Quum uero
regnum ad Georgium Pogebrazium peruenisset, con-
D



schizana
5
5 regis Boemie
miniprincipis
a *ATF*
firmata est in uniuersa regione mirum in modum fa-
ctio illa pditorum hoium, & ita confirmata impientis-
simi Regis opera: & Ioānis Rochezanæ cōcionibus:
ut iam ad tm̄ malum e Christiana rep. tollendum nul-
lum uideatur inueniri posse remedium. Audiuiti Cæ-
sar quod fuerit huius pestis initium, q̄ successus, quot
clades, quot calamitates: quot incensiones populis: tē-
plis: urbibus ex hoc uno fonte sint illatæ. Et nunc Re-
gio illa, quæ tam opima est, tam fertilis, ut agrorum
ubertate, fructuum uarietate cuilibet prouinciæ possit
facile comparari, militandi uero peritia: & hominum
robore, ac multitudine oībus terris facile antecellat: de-
serta propemodum, destituta: & ab oī fere pioꝝ acces-
su derelicta sine templis, sine aris: sine Dei cultu situ: &
squalore conficitur. Quid dicam de Praga? quæ uel
murorum ambitu, uel ædificioꝝ magnificentia, uel tē-
plorum ornatu: uel multitudinis incolatu, uel loci op-
portunitate: uel incolarum opulentia, atq; opibus: uel
cōmeatum copia: uel annonæ ubertate nō solum in
toto septentrione urbium nobilissima habebatur, Sed
cuilibet etiam Italicæ ciuitatum facile opponebatur.
Nulla in tota Europa (clara dicam uoce: & omnium
pace) fuit olim ciuitas, quæ tot bonarū artium profes-
sores, tot discipuloꝝ milia aleret. Hæc totius septētri-
onalis plagæ quoddam quasi scientiæ oīum emporiū
habebatur: huc ex tota Germania ad ingenii lumen ca-
pescendum cōfluebant oēs: sed postq̄ illa impietas ino-
leuit, & oīum aīos peruasit: immortalis Dei ira tātæ illæ
opes defluerunt, uillæ incensæ: urbes dirutæ, efferi fa-

80
Et sunt hoīum mores, disciplinæ euauerunt, literarū
amor obsoleuit. Praga illa tam opima: tam reꝝ oīum
copia admirabilis nullum pristinæ dignitatis: atq; splē-
doris uestigium retinet amplius: iacent moles ædificio-
rum humi stratæ, passim ruinæ q̄tæ fuerint illæ tecto-
rum substructiones declarant. Has tantas calamitates
nō germanoꝝ impetus: non Pannonioꝝ ferocitas: nō
Scytharū incursiones, non Polonorum iniuriæ tam
beatæ olim regioni intulerunt. Sed sola impietas p̄ ne-
farios, ac nefandissimos illos hoīes importata. Hæ tā-
tæ miseriæ: hæ ruinæ possent Martinum, si ulla esset
in hoīe humanitas: a tā nefario ausu detertere. Quis
tam humani generis hostis reperiretur, quem tanti re-
rum motus, tot bonoꝝ cædes: tot miseroꝝ exilia non
mouerent: ne attentaret ea: quæ infelicitè ab aliis attē-
tata opulētissimis populis: locupletissimis ciuitatibus:
nobilissimis regionibus direptiones: uastitatem: solitu-
dinemq; attulerunt? Cogita nunc Cæsar pro tua Sa-
pientia in quanto discrimine tua Germania uersetur:
quam perditissimus homo Boemiæ similem tibi red-
dere pro sua uirilī parte conatur, in hac ille scelerosam
Viclephianam doctrinam cœpit profiteri. & quia p̄ se
non est tanti ingenii: non tantæ eruditionis, non tanti
in re litteraria usus: ut e sterili: ac pauperrima illa sua
officina possit noui aliquid promere: alioꝝ insistit uesti-
giis, alioꝝ profitetur dogmata: & quæ oīum Reguꝝ:
atq; Imperatorum: imo humani generis consensu fue-
runt iamdudum explosa. Hic cœpit in Saxonia uirus
hoc tetrum: atq; uenenum euomere: quod latius ma-

D ii

Praga ipu

Mart.

Cesar
de germania

de Marti

hor p̄t̄i Sg



Germania haec
dit.
cesar
del Marti
tes un
edrosi hoies
nans uiciniores partes multas paulatim arripuit: iamque in uniuersa Germania latissime effunditur. Multi huic homini: licet neque & improbo: student: multi uiri honesti, & boni huius assimilata quadam specie uirtutis tenentur: & quotidie perdit homines: quibus nisi in re: perturbatione ponenda est salus, magis magisque huic ut sui simillimo adherent. Quod nisi tu Caesar tua prudentia, atque sapientia huic malo obuiam iueris: uereor ne in infinitum serpat, & florentissimam Germaniam Boemicae uastitati, atque solitudini simillimam reddat. Hic omnem ingenii uim in populari leuitate sibi consumendam censuit, nec ullum ad religionem, nec ad bonos respectum habet, hanc sibi uiam ad laudem, atque opes suas amplificandas patefecit. Quid hunc posthac non credimus ausurum, quod facinus non aggressurum, quum se hac tanta impietate inquinauerit? Hunc imperitiae multitudinis, & ad semetipsam circumscribendum facilis fauor, & concursus iam nimis extulerunt: & nescio quos spiritus attulerunt. Sed hic omnis tumultus in perniciem suam redundabit, neque sperandum est: ut hic amplius ex improborum gratia cripiatur, & bonis hominibus reconcilietur. Voluntates. n. consceleratae, ac nefariae non facile possunt sanari: solent tamen suis flagitiis, egestate, infamia concidere. Hunc oculi: concordiae: legum: religionis inimicum tam oderunt omnes, quam pietatem amant: nec mirum Seditiosi. n. homines, discordiarum amantes: pacis, ac tranquillitatis perturbatores non solum ex numero hominum eiiciendi sunt, sed ex finibus humanae naturae exterminandi uidentur. Ita quemcunque di-

atq
u
n to
amb
cesar
neglecta
vincislaus
o o multum
cesar
low
27
scordiae: odia: inimicitiae oblectant: hoc ego hominem nihil tetrius: nihil truculentius: nihil immanius reperiri posse arbitror. Si perfugiatissimus hic homo cognosceret quod se flagitio deuinxerit: profecto se mortalium miserrimum cognosceret. Sed non cognoscit infelix: neque id hebetudine mentis: sed uel occaecatus tacita alicuius ingentis consequendae dignitatis cupiditate, uel patrati facinoris furis agitatus: quo tandem suorum scelerum poenas luat. Huiusmodi. n. hominum tanto stupore: atque adeo furore animi opprimuntur: ut non uideant se execrandos, se detestabiles gentibus omnibus fore, nec homines omnes & sibi esse inimicos, & futuros esse. At tu Caesar prospice animo: & per tua prudentia praeuide: quam labem haec teterrima pestis Christianae reipublicae asperget. Neglecta namque scintilla saepe maximum incendium edidit. Si Vincislaus uoluisset: turpitudinem, atque insaniam illam in Boemia iam primum pullulantem: & gliscentem nullo negotio oppressisset. Sed pro nihilo habita tam alte egit radices: ut a multis postea Regibus: atque Impatoribus nullis armis: nullo consilio potuerit euertere. Ita solet usu evenire: ut omne malum nascens facile opprimatur, in ueteratum uero fiat praeruptius robustius. Idcirco Caesar tua est prudentiae uidere pestem hanc multos olim populos: multas ciuitates: multas nationes inuoluturam: & hanc tantam calamitatem cum ignominia maxima ad totius Christiani nominis reipublicae peruenturam. uigilantiae uero opprimere: dum adhuc ulcus hoc non ita est exulceratum: ut medicinam non possit admittere. Ut semina licet exigua: maximarum tamen arborum: & stirpium



hoies
humet
si bene
utis apud
as
unop. al. germa
sunt causa, sic impii hoies: licet sanctitatis specie humi-
les: abiecti: uilesque uideantur: luctuosissimorum tñ bel-
lorum: & ingentium calamitatum Christianæ reip. fue-
re autores. Dolemus Cæsar per Maumetanam supsti-
tionem tot nobis prouincias: tot regna: imo totā Asiā:
Libyam: & iam nobilissimam Europæ partem adem-
ptam. Hæretici abstulerūt. Desideramus tot populos,
tot exercitus interfectos: tot ciuitates euerfas, tot tem-
ploꝝ milia diruta. Hæretici interfecerunt: diruerūt: euer-
terunt: oēs calamitates: quas Christianum nomen p-
tulit: si recte ratiocinabimur: solis hæreticis acceptæ sūt
referendæ: ii belloꝝ stimulators extiterunt: ab horuz
audacia maximoz malorum principium iter Christia-
nos natum est. Sed siquid eiusmodi in corpore est: qd
reliquis mēbris noceat: uri, ac secari uidemus: ne totuz
corpus intereat, sic in Christiani nois corpore: ne totū
morbo contabescat, quicquid inest pestiferum ampu-
tandum est. Deleantur igitur Cæsar impii, tollant no-
centes: exterminent scelerati: ut salui possent esse boni:
honesti: pii. Si de nugis ageretur, posset Martini demē-
tia contemni: posset irrideri. Sed quum agatur religio:
quum totius Europæ consensus labefactetur, a quo tot
sanctissimi Principes: Reges: Imperatores non solum
nunq̃ autoritate, studio, consilio digressi sunt: sed co-
piis, exercitibus, classibus adiuuerunt: quis tam paties
reperietur: quis tam humanarū rerū: & cōmunis trā-
quilis hostis: qui nō inflāatus odio: excitatus do-
lore hunc non auersaretur: damnaret, & ueluti porten-
um quoddam nō detestaretur? Quapropter Cæsar:

si
si te Germaniæ salus, quæ tibi debet esse carissima, si
oīum bonorum preces: quibus maxime aīum tuū fle-
cti oporteret: si nefandissimæ per impios hoies impor-
tate clades ad hanc exultantem: & in oēs bonos debac-
chantem bestiam non excitant, excitet saltem ipsius cō-
seruandæ religionis amor: studium, excitent tuoz ma-
iorum exempla: qui Christianæ pietatis maximi sem-
per propugnatores sunt habiti: excitēt oīum Principū
exempla, qui ut Pontificiam dignitatem illæsam: atq̃
inuiolatam conseruarent, non ulli pecuniarum erogā-
tioni: nulli conflandoz exercituum impensæ unq̃ pe-
percerunt. Te ut huius uiperæ tetrum uenenum effla-
tis furorem extinguas: audaciam opprimas: rogāt oēs
precantur, obtestantur, huc omnis sacerdotum ordo,
huc uniuersa Europa incumbit: quoz oīum precibus
locum reliquisse non solum apud præsentēs, uerz etiā
apud futuram oēm posteritatem a tanta tua humani-
tate: atq̃ in Christianam religionem reuerentia alienis-
simum iudicabitur.

Præsertim quum tuæ sint unius partes hanc inauditā
huius rerū perturbatoris impudentiam reprimere,
hos furentis belluæ: atq̃ exultantis impetus compesce-
re. Decet. n. Imperatorem uigilare: cogitare, semper ali-
quid pro Christiana rep. aut facere, aut dicere: nam ic-
circo te in altissimo: atq̃ amplissimo dignitatis gradu
locauit Deus, ut de religione bene mereris: hanc ludi-
brio eē nemini patereris. Pontificiam autoritatem: quā
ipse met: dum inter mortales uersaretur: constitutam
hoībus esse uoluit: uenerandam, imo colendam oībus



exhiberes: inanium superstitionum autores extermina-
res. Etenim in summo Imperatore non solum decet
uirtutes illas inesse: eximias quidem, & maximas: bel-
landi scientiam: temperantiam: innocentiam: facilitatem:
liberalitatem: ueque etiam Prudentiam: iustitiam: Forti-
tudinem, quibus qui caruerint: non uideo in quo Im-
peratorum numero sint reponendi. quum. n. ei: penes
quem summa est rerum oīum potestas constituta: to-
tius humani generis obeunda sint negotia: quorū inter-
dum tanta est uarietas, ut in deliberando in diuersas
partes distrahantur animi: nisi diuino ille fuerit cōsilio:
tanta reque uarietate profecto perturbabitur: turbulēto
quodam quasi æstu fluctuabit: errore: & tenebris im-
pedietur: perstringetur acies ingenii: ab institutis: & co-
gitationibus abducetur: quum optio: & potestas fiet
unum eligendi ex multis, quorū quodlibet honesti: &
cōmodi specie uidebitur ad se rapere: qua ratione pote-
rit utilius utili, honestius honesto anteponi, quū hæc
sæpissime exiguo inter se interuallo discernantur? At q̄
imortalis & admirabilis tua sit prudētia Cæsar testis est
Germania: q̄ abs te adhuc puero tam sapienti consilio ē
gubernata: ut nullas seditiones: nullos tumultus: nul-
los hostium impetus unq̄ senserit: testis est Hispania:
quæ te uix adhuc pubescentem rebus suis præfectum
tam prudentem experta est: ut tot ferocissimas gētes:
tot bellicosissimas nationes: quarū animos bellogr̄ aui-
dissimos ne multorum quidem Principum consilio:
atq; prudentia regi posse arbitrabatur: tua unius Sa-
pientia gubernari uideat. Testis est iterum Germania:
quæ prudētissimo:

quæ prudentissimo: sapientissimoq; iudicio suo te unū eligendum esse censuit: qui Christiano nomini præficereris. Quum igitur tam admirabili sis prudentia: illud unum tibi maxime lætandum uidetur: q; nulla maior occasio ne tibi quidem expetenti poterat hoc tpe offerri: ut uniuerſis gentibus: atq; adeo terrarū orbi demonstrares quid de hac una tua uirtute eſſet iudicandum. Nam quum Martinus ille legum oīum peruerſor: & discordiarū in Christiana rep. ſtimulator ſanctitatis ſpecie pturbet oīa: inueteratas: atq; inſitas in hoīum animis opiniones: & eas quidem ueriffimas eiciat: nouas atq; eas falſiſſimas: & pernicioſiſſimas inducat: diuinæ tuæ prudentiæ eſt conſiderare: niſi huic glſcenti malo mature occurratur: quāta hinc tempeſtas excitabitur: quāta procella in multorū mentes effundetur. Te ipſum tñ Cæſar monemus: non quo egeas conſilio: quo plurimum uales: imo cæteris præſtas omnibus: ſed q; etiam præſtātes gubernatores in ſummis tempeſtatibus ſe a uectoribus admoneri patiuntur. Vide igitur: quæq; animum tibi in hac re ſuſcipiendum putes. Tu: quem omnes Chriſtianæ reip. partes curare oportet, & Boemiam, partem Chriſtiani corporis morbidam, & quæ uicinos multos contagione quadam iam infecit, conſilio, opibus, copiis, exercitibus ad ingenium: & ſanitatem reuocare: patieris ne ut Germaniam tuam: quam incorruptam, & illæſam ab omni impietate conſeruari oportet, ita neglexiſſe apud omnes uidearis, ut p̄ impientiffimos homines Boemico ſcelere obligata a piorum cōmertio, & conſuetudine ſecludatur? Nonne te

in Vireslan tū igna
mouebit Bœmiæ calamitas, tot templorum euersio,
tot bonorum cædes, tot oppidorum ruina, tanta uni-
uersæ illius regionis ob similem impietatem solitudo,
ne in tua Germania periculossimam hanc pestem in-
ualefcere patiaris: obuersetur tibi ante oculos Vincilla-
us ille, qui omni infamiæ, ac turpitudinis labe notatus
ad posteros est traditus: q̃ per negligentiam, & igna-
uiam tm̃ illud incendium: quod principio minimo ne-
gocio extingui poterat: ita passus est inolescere, ut totā
postea regionem illam (quanta est) miserabiliter corri-
puerit. Dicant posteri, impium illum, ignauum, desi-
dem, socordem, gulæ, & peni tantummodo deditum:
q̃ patriæ salutem neglexerit, q̃ religionem Christianā
prodiderit. At te ipsum Cæsar & uiuentes: & posteri
omnes laudent, admirentur, in coelum efferant, quod
singulari tua prudentia: & consilio non tuleris patriam
tuam ullo impietatis scelere inquinari: q̃ tantæ calami-
tati iam nimium inualefcenti diuinitus subueneris, q̃
perdita improbissimi hominis audacia autoritate tua ē
repudiata. Dicant illum, & cōquerantur impietatis au-
toribus ita fauisse, ut e patria sua pietatem omnem ex-
pulsam, atq̃ eiectam esse uoluerit. Te uero dicant ado-
lescentem adhuc, atq̃ potius puerum huius impientis-
simæ belluæ furētis impetus: teterrimosq̃ conatus co-
hibuisse. Accedit & illud, quod maxime diuinæ tuæ est
prudentiæ considerare, q̃ nunc sine sanguine, sine agro-
rum uastitate, sine exercitu, sine ulla oppidorum expu-
gnatione malum hoc opprimetur. Tua. n. tantum au-
toritate facile amētis hominis frangetur audacia. Q̃ d̃

desynon m
Cesar
J manone
si altius radices iecerit, & sese latius effuderit, ac desipien-
tis multitudinis animos penitus occupauerit, tunc nō
minis, non armis, non consilio, malum hoc iam in ui-
sceribus tenacissime insidens extirpabitur. Sit igit̃ Cæ-
sar hoc auspiciatissimum rerum abs te gerendæ prin-
cipium, ut a religione confirmanda: & stabilienda Ro-
mani Pontificis dignitate exorsus Maumetanam im-
pietatem adoriaris. hæc sit prima præuincia abs te con-
ficienda. hoc primum sit bellum tibi profligandum, ut
Christiana religione: quæ unius homunculi ambitio-
ne: ac rabie rescinditur, tua unius sapientia resarcta in
omnes gentes diuulget̃, te diuinitus nobis datum Im-
peratorem, ut incredibilis, ac imortali quadam mentis
atq̃ uirtute tantum hunc furorē restringeres. Quidē
q̃ iustitiæ laudem, quæ inter mortales maxima est, &
cuius gloriæ debent esse auidissimi summi Principes,
non facile assequeris, nisi te seuerum/immo trucē, atq̃
implacabilem in religionis perturbatores exhibueris.
Religio. n. aut undiq̃ tollenda est, aut undiq̃ conseruā-
da. Sed qui religionem penitus tollendam censuerunt,
ii in nullo unq̃ nec minum numero fuerunt repositi, cō-
seruanda igitur undiq̃ est. Sed qua ratione bone Deus
hæc undiq̃ poterit cōseruari, Si hoc tempore te huma-
narum rerum moderatore in tuorum regnorum uisceri-
bus reperiuntur: qui nec pudore nec Dei metu: nec pa-
narum timore ducti hanc impudentissime lacerant,
& bonitatis specie foedissimis erroribus, turpissimiq̃ su-
perstitionibus imperitorum animos inuoluunt / q̃ si ii
ad recte faciendum non possunt uirtute allici/nec uere

D ii



cundia nec hominum admonitionibus nec infelicissimis illorum, qui hæc talia attentarunt: euentibus a tam temerario, periculosissimoq; ausu posunt auocari: Te iubete Cæsar dent suorum scelerum poenas: ut suppliciorum metu cæteri deterriti nulla se impietate audeant astringere. Neq; apud te tãti sint ullius pces: neq; gratia, nec precia: ut tuorum maiorum sanctissimas leges: consuetudines: mores humani generis consensu approbatos: religionis ritus semper apud omnes iuiolabiliter conseruatos a teterimo: ac sceleratissimo hominulo specie pietatis: uiolari: imo subuerti: ac rescindi patiaris: Sed qua te Cæsar seueritate in hac tanta re uti oporteat: parũ per considera. Principes oēs: si quem senserint moliri aliquid contra legem: quam ipsi rogarint: cruciatus oēs ac supplicia in illum conferunt. At quæ supplicia, quæ tormenta, quæ poenæ possent in eum excogitari: qui non solum oīum Imperatorum leges audet euertere, sed tanq̃ e coelo datus ueritatis arbiter mortalibus sanctissimos gentium oīum ritus: Christi religionem: sanctissimorum hoīum decreta conatur labefactare? Huius tu Cæsar arrogantis hoīs fastidium poteris ferre? hunc tu cerimoniarum: sacrorum, rerum oīum diuinarum euersorem patieris diutius in ora hoīum uolitare: & tyrannidem quandam in ignauā multitudinem exercere: præsertim quum huius incendii abs te sedati gloria nō leuiter sit tibi ad exigui t̃pis prædicationem impri-menda: sed ad memoriam gentium omnium sempiternam figenda. neglecti uero tanta ignauiae nota sit tibi inurenda, ut nulla ætas, nulla obliuio sit hanc apud po-

steros unq̃ deletura. Quid? q̃ ne fortitudinis quidem laudem: quam imperatoriam esse maxime fatetur omnes, maiorē ex ulla re alia assequeris, q̃ ex huiusce maræ rabie compressa? nam munitissimas urbes expugnare: hostium exercitus fundere: maximas prouincias subigere, uictoriis patriæ illustrare: magna quidem hæc esse existimantur. sed harum laudum non mediocrem partem sibi uendicat militum uirtus: sociorū auxilia: locorum opportunitas, fortuna uero multo maximā: penes quam humanarum rerū potestatem eē crediderūt. fortiter aut̃ in acie uersari: nullo periculorum: aut etia mortis metu perterrefieri: ex prouocatione cū hoste cōfigere, præsentis q̃dem animi, & alti spiritus sunt argumenta: hæc tamen omnia longe magis ad gladiatoria quandam corporis firmitudinem: & incōsultam temeritatem referuntur: quæ cuilibet etiam gregario militi possunt cōtingere. Sed ille uera utitur fortitudine: qui nullius mouetur gratia: nullius precibus flectitur: nullius pecunia corrumpitur: ut impunita flagitiosorum hominum scelera relinquat. At quod maius potest scelus non dico inueniri: sed cogitari, q̃ contra religionem, cōtra receptam: & approbatam ab omnibus opinionem insurgere? quid magis damnandum: atq; uituperandū, quid minus ferendum: q̃ eum contra id facere, quod more maiorū: atq; instituto minime concedatur? Quid si impottunissimi hominīs non ueritati, non tot lanctissimorum hominum, grauissimorum uirorum sententiæ, atq; adeo humani generis consensui cædit audacia: minis saltem cædat, ui cædat: suppliciis cædat. Hæc

Ces
pres
erit Cæsar tibi summa fortitudinis laus: quam nemo
tibi detrahet: nemo hanc fortunæ cōmunicabit. in hu-
ius societate se tibi nullus offeret. hæc tam firmum: sta-
bile tibi trophæum: ac monumentum constituet, ut
huic nulla hominum iniuria: nulla ætas sit finem unq̃
allatura. Q̃d si Imperatorum sunt partes peruulgata
quædam: ad communem tamen utilitatem pertinentia
procurare: quo tandem animo oportet eos esse in iis,
quæ ad religionem seruandam: & ad pietatem conser-
uandam pertinent? Si iniuriam illi: uel minimam sibi
illatam ferro ulciscendam arbitrantur: nec uerentur ob
id multa hominum millia morti obicere: agros deua-
stare: urbes diruere: ferro: igniq̃ omnia absumere: quū
tu Christi religionem uidebis in discrimen uocari: per-
ditissimiq̃ hominibus esse ludibrio: populos declamā-
di licentia: ac temeritate a pietate auocari, nonne Cæsar
tuas partes uel potissimas duces pestem hanc compri-
mendi: & funditus delendi? Sigismundus uno in Con-
cilio tres Pontifices: id quod Christi religio pati non po-
terat: Pontificatu abdicandos pcurauit. Federicus quo-
q̃ proauus tuus Felicem: q̃ non rite fuerat Pontifex
creatus: in ordinem redegit: ne ueræ: atq̃ incorruptæ
Christianæ pietati uideretur ulla in re aduersari. Et tu
Cæsar: qui pro tua sapientia prospicis omnia: Martinū
nescio quem Luterum: imo lutum inquinatissimum,
atq̃ obsoletissimum Christianum nomen fædissima
labe polluentem diutius patieris? Vide ne ut illis impe-
ratoribus uiris præstātissimis fuit honestissimum qua-
tuor illos: qui sibi Pontificatum usurpauerant, dignita-

8
2
te omni abdicare, ne diuina Christi instituta uiolaren-
tur: sic tibi sit inhonestum homuncionis cuiusdam hu-
manas res perturbantis: & sacrorum omnium teterri-
mi hostis audaciam: ac licentiam nō cōpressisse. Quū
igit Cæsar tibi manendum sit semp in uigilia quadam, nec
unq̃ inde discedendum: nec a rep. Christiana deiicien-
di unq̃ oculi ex eo die, quo humanis rebus fuisti præ-
fectus: tuumq̃ sit omnem impietatis memoriam obli-
uione sempiterna delere. tum Fortitudinis, Iustitiæ,
Prudentiæq̃ laudis gloria sit tibi maxime appetenda.
quid erit pro Dii immortales: quod magis in Chris-
tiana rep. curandum esse uideatur: q̃ ut ea tollantur,
quæ si manserint: religionem labefactari, imo penitus
euertere necesse est. nec uideo unde maiorez fortitudinis,
cæterarumq̃ uirtutum omnium gloriam possis repor-
tare, q̃ si tua sapientia feram illam oppresseris: quæ bre-
ui: nisi tanto malo obuiam eatur: Germaniam tuam
Christi religionis semper obseruantissimam crudelissi-
mo ueneno est inuolutura. Memēto Cæsares omnes
non magis re bellica immortalitatem sibi apud poste-
ro comparasse: q̃ Pietate: Fide: Obseruantia in Roma-
num Pontificem. Respice maiores tuos uiros omni
laudum genere ornatissimos, & de quorum uirtuti-
bus nulla unq̃ reticebit ætas: & quos natos esse Chri-
stiana resp. perpetuo gaudebit. Horum te maxime ue-
stigiis insistere: horum te facta imitari oportet. non. n.
qualem te in hac Martiniana perfidia debes gerere ali-
unde est tibi consilium petendum: q̃ a tuis: & foris po-
tuis, q̃ domi. Q̃d si te Cæsar non tot tuorum maio-



rum exempla: a quibus ne transuersum quidem unum
guem tibi est unquam discedendum, si iam confirma-
ta: & in omnium animis inueterata opinio: si consue-
tudo mortalium consensu recepta, & post natos ho-
mines continentur conseruata: si calamitates: ac ruinae
ex hac una labe Christiano nomini impendentes non
mouerent, non excitarent ad defendendam Pontificiam
autoritatem, Te tamen recordatio: atque memoria San-
ctissimorum Manium Magni Constantini deberent
maxime ad id non solum commouere: uerum etiam
accendere: atque inflammare, qui ob singularem piete-
tem, atque religionem in coelum recepti uidentur inde
omnibus Principibus ita inclamare. Vos: quibus in-
ter mortales datum est iustitiam tueri: gentes regere, po-
pulos gubernare: iniurias repellere: nihil in terris grati-
us: nihil acceptius potestis illi Principi Deo facere: quam
religionem: quam implet uobis sanctissimo filii sui san-
guine constitutam uoluit: incolumem, atque ab omnibus
inuiolatam conseruare: & Petri successorem: cui summa
rerum omnium potestatem concessit: obseruare: uenerari:
colere, & omnibus adorandum exhibere: in hoc unum
uestra omnis cura: cogitatio: conatus incubat. hac una re
bellos sollicitudini: ac de proferendis Imperii finibus
consiliis: & ambitioni praeuertatis. Me unum inueni-
mitemini, qui in obscurissimis tenebris facere uobis extuli:
& uiam: qua posteris esset gradiendum: patefecit: quem Sylue-
strer tot honoribus affecerim: tot ditissima templa: atque de-
lubra erexerim. Vos igitur ego sanctissimi Constantini Manes
appello: inuoco: imploro: ut ultores adsitis tanta impietatis
nefandissimi

nefandissimi hominis, qui per summum, & inauditum
scelus conatur principatum templo uestro auferre: quod
uos religiosissimum: atque terrarum orbi uenerandum in
Vaticano olim constituitis. Vos Carolo etiam mentem:
atque animum date: quem quondam uobis e coelo im-
mortalis Deus dedit: quum relicta impietate ad ueram
uos religionem reuocauit. Credas mihi uelut Caesar hac
prima occasio tibi illuxit. hac prima tibi opportunitas
diuinitus data est, ut quantum in te sit constantiae: quantum
grauitatis: quantum in Apostolicam dignitatem pietatis: quan-
tum obseruantiae possis declarare. Scio quidem te hor-
tatore non indigere: nam tua sponte satis inflammatus
uideris ad Pontificiam autoritatem defendendam tam-
men eo maiore studio hanc defendes, quo maiorem glo-
riam apud omnes posteros tibi propositam uides. Dum
enim erit Christianae pietatis nomen (quod quidem erit
sempiternum) dum genus hominum extabit: tuum hoc
gloriosissimum factum nominabitur. Quis enim tam
incredibilem sapientiam tuam: ac pene diuinam tacitus
ullo modo poterit unquam pretereire? quod cum tua unius ope-
ra: ac autoritate: tum iudicio tuo grauissimo, & maxi-
mo didicerint mortales Pontificiam dignitatem apud
omnes gentes illaeram, atque inuiolatam esse conseruan-
dam. Dicent omnes te adolescentulum: quum nihil
adhuc per aetatem quicquam tale posset abs te expecta-
ri: diuinitus hac tempestate mortalibus datum ad Boe-
micam perfidiam in Germania pullulantem comprimere
dum. In medullis: ac uisceribus omnium semper ob hanc
singularem pietatem inherabis. O te felicem: qui intelli-

162
gis inter maximas tuas laudes hoc quoque mādandum
litteris, hoc memoriæ prodendum: & huius tantæ rei
posteritatem omnium sæculorum nunquam immemorem
fore. Quæ res enim in omnibus terris ~~potuisse~~ abs te poterit
unquam geri maior, quæ glorioſior: quæ futura cōmendati
or memoriæ hominum sempiternæ? Nullus in uita tibi
dies illucebit clarior: quam quum Christiano nomine hac la
be expiato: dissipato cœtu impiorum, autoribus tanti sce
leris poena affectis: omnis ordinis: omnis generis: om
nis denique fortunæ hominum studia se tuæ laudi, & glo
riæ aptare intueberis, & ultro tot clarissimos homines
gratias tibi agere: ac tuo nomine gratulari. Hoc sit tibi
finis felicissimum exordium bellorum abs te olim geren
dorum pro Christianæ reipublice amplitudine, ut stabili
religione: huius perturbatoribus oppressis in Maume
tanam impietatem ducas exercitum. nihil tibi: mihi ue
lim credas: a tam sanctissimo principio militiam auspi
canti non succedet. Hæc igitur sit prima tua in Christi
hostes expeditio: quam hoc tempore tibi omnium ma
xime suscipiendam esse arbitraberis si ante oculos tibi
obuersabitur quātam calamitatem hæc eadem insania
olim in Boemia excitauerit: & quāturpitudinis notā
his inuſſerit: qui per negligentiam: quum hoc malum
gliscens minimo negotio possent opprimere: passi sunt
totam illam regionem foeditissimo hoc incēdio corripi.
a quo ne tua corripatur Germania summopere tibi
prouidendum est. Dixi.

Impræssum Romæ per Iacobum Mazochium Anno
Domini. M. D. XX. Die. II. mensis Octobris.



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

CREBOS.US